

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt X. Qualiter fides exercitanda sit circa Sacmentorum tum  
susceptionem, tum administrationem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38621**

Hoc adumbrare voluist, antiq. ita illa cæremo-  
nia eius agni paſchalis, ( qui Christini verum  
agnum significabat ) p̄cipiebat enim lex, non  
Exod. 12 comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed  
tantum assūm igni.

Hoc p̄cepto à litera occidente ad spiritum  
vivificantem nos præteriuit Dominus, futuros  
aliquando, qui sanctum & immaculatum novi re-  
ſtamenti agnum, non divini ignis calore & amo-  
re affatum, sed crudum conſemari erant, non sine  
dolore, & nauſea ſtomachi, quales ſunt non ſoli  
hirceni, & infideles: de quibus inquit, Paulus:  
nos autem predicamus Christum crucifixum; Iudei  
quidem scandalum, Gentibus autem ſtultiam: te-  
tamen Christiani quamplurimi in Dei fœvi io te-  
pidi, & abyſſo peccatorum immersi, qui ſine igne  
charitatis, & vivæ fidei luce, quam extinctam ge-  
runt nullum queunt in JESU Christo agno deli-  
catissimo gustum, aut laporem inuenient, ſed om-  
nia cruda eis ſunt, & inſipida.

Verum animæ divini amoris igne ſuccenſæ,  
quibus Christus Dei virtus est, nobilissimo agni  
hujus afflati nutrimento ſuſtentantur; dum in eo  
intellectus haurit ſapientiam, voluntas ſanctifi-  
cationem, appetitus malorum frœnum, bonorum  
ſtimulum, omnes autem pie manducantes, to-  
tius animæ robur, & refectionem.

## C A P V T X.

*Qualiter fides exercitanda sit circa Sacra-  
mentorum tum ſuſceptionem, tum ad-  
ministrationem.*

**S**eptem legi gratia Sacra-  
menta, quæ Christus  
Dominus in Ecclesia ſua iſtituit, ſunt instru-  
menta p̄cipua, ac vafa gratia, quibus animas  
noſtras ſanctificat, & fructum paſſionis, ac fa-  
cتوانی Sanguinis ſui communicaat: de quibus  
explicare conſequenter congaudetur, qualiter  
ad horum uſum, ſecundum fidei lucem, p̄acti-  
ce procedere debeat.

Primo itaque noſtandum eft, quod ſicut ex co-  
ſta, è latere Adæ dormienti à Deo extraēta,  
efformata fuit Eva ipſius ſponfa: ita ex latere ſe-  
cundi Adæ Christi Domini mortis ſonno in Cru-  
ce dormientis, extraēta fuert sanc̄ta ipſius Spon-  
fa Ecclesia. Ex ipſi ſe enim divino latere, quāl  
ex copioſo, & primario fonte promanavit Sacra-  
mentorum gratia, quia Sponfa Christi ornatur ce-  
do, & arrha deponatoria. Suni Sacra-  
menta velut ſep̄tem canales, per quos ſanguinis, &  
paſſionis Christi D. fructus, ad animas noſtras de-  
tivatur, & deducuntur.

Vivā ergo fidei ſancta Sacra-  
menta venerari debemus, tanquam gratia divina instrumenta, ve-  
lū medicina virtute ſanguinis immaculati agni  
Christi confeccas, & quāl vafa ſacra, prelioſum  
iſtum redēptionis noſtræ liquorē, ad vulne-  
rum noſtrorum medicinam, & perfectam infir-  
mitatū noſtrarum medelam continentia, tan-  
quam fontes aque vive ſalientis in vitam æter-  
nam: de quibus vaticinabatur Eliaſ Propheta,  
cum dixit: Haurietis aquas in gaudio de fontibꝫ  
ſaluatoris. Fontibus, inquit, ſep̄tem Sacra-  
menta ſignificans, ex quibus profluīt aqua ſeptiformis  
grātia, diuersis mo. borum, & infirmitatum ſpi-  
ritualium generibus appropriate: aut ſicut rivos  
ſep̄tem ex latere Chriſti JESU Crucifixi proumen-  
tentes, aut etiam tanquam ſep̄tem planetas, no-

vum hunc Ecclesiæ orbem influentiatum ſuorum  
virtute gubernantes.

*Vive fidei p̄ræx circa baptismi ſacramentum.*

§. 1.

**C**irca baptismi ſacramentum, vive fidei p̄-  
zim ponit venerabilis Beda, ſic ajet: Na-  
tura ſpiritus inviſibilis eſt, carnis viſibilis: atque id est  
carnalis generatio viſibiliter admiſtratur ( viſibilium  
eum incrementum, qui in carne naſcitur, per etiam ſuam  
momenta proficit ) Spiritualis autem generatio tota  
inviſibiliter agitur: nam videtur quidem, qui baptiza-  
tur in fonte descendere, videtur aqua intingi, vide-  
tur de aqua aſcendere; quid autem in illo lavaret re-  
generationis egerit, minime potest videri, ſola autem  
Fidelium pietas novit; quia peccator in fonte deſcen-  
dit, ſed purificatus aſcendit: filius mortuus deſcendit,  
ſed filius reſurrectionis aſcendit: filius pravificationis  
deſcendit, ſed filius reconciliationis aſcendit: filius ira-  
deſcendit, ſed filius misericordia aſcendit: filius Dia-  
boli deſcendit, ſed filius Dei aſcendit: ſola hoc Ecclesia  
mater, qui generat, novit: neque enim cum Ba-  
ptismo aliſtimus illum ſolummodo baptizandis tri-  
tum, immixtione in aquam, exiore que ce-  
remonias attendere debemus, ſed p̄cipue oca-  
li fidei inueri, qualiter in Christo JESU, no-  
vier regeneratus, in novam tranſeat creaturam, &  
plena peccatorum remiſione percepta, grataq;  
ornamentis decoratus, in ſtatum deſcedat ad  
optionis filiorum Dei.

*Circa ſacramentum paenitentie.*

§. 2.

**R**Elicitis ceteris Sacramentis, de iis ſolum age-  
mus, quæ nobis in via ſpirituali ſe paenitentie  
quentia occurunt, videlicet paenitentie, &  
ſacra ſancta Euchariftia.

Ad Sacramentum igitur paenitentie accedit  
fideliſ paenitentie, tanquam inſimus ad medicinam, & ut vere eſt mortuus ad vitam, & cum ve-  
ro contritionis dolore, pedibus miniſtri Christi  
Dominis ad voluntus, humiliter omnia ſua conſeu-  
tia peccata: quando autem ei beneſitum impen-  
ditur abſolutionis, exiſtimet ſacrum anima ſu-  
exhiberi balneum pretiosissimi ſanguinis JESU  
Christi, quo ab omnibus expurgeat, & emun-  
detur peccatis, & renovata caeleſti in conſep-  
tui pulchritudine, nova gratia virtute adeam  
non amplius deinceps offendendum robo-  
etur.

Novi personam quandam, quæ iſta fidei erga  
Sacramentum hoc animatione, quoties faciat  
ſuſcipiens abſolutionem, tanta ſuſ recollectione  
intorſus ſecebat, ut paulo minus extra capere-  
tur.

Vberes fructus ad fert hæc in Sacramento pa-  
nitentie vivaciſ fidei conſideratio. Primo quidem,  
quia maximus, quod conſeretur, beneſici expenſio, ad maiorem, & pleniorē diſpo-  
ſitionem, ac tanq; gratia frequentationem im-  
pellit.

Secundū, quia cum paenitens Sacerdotem  
miniftrum, ut DEUM fidei oculo in uarior, non  
erubescit, neque confunditur omnia ſua pec-  
cata, latentes conſciencias ſue ſinuſ aperit; in-  
ſuper remedium in angustiis, lucem in dobiis,  
& difficultatibus, per ipsum à Deo expectat,  
quidquid ille dixerit, aut mandaverit, tanquam  
ſibi

sibi à Christo Domino dictum , aut mandatum magnanimi reverentia suscipiens.

Circa vener. Eucharistie Sacramentū, & Sacrificium.

§. 3.

**S**ANCTISSIMUM Eucharistie Sacramentum, non solum, sicut cetera, gratiam continet, sed ipsis gratia auctorem, & principium JESUM Christum, qui ut fides docet, ita realiter, ac substantialiter est sub speciebus panis & vini, ut est in celo, ad dexteram Patris.

Cum itaque templum introimus, mox oculis fidei in Christum Dominum in sanctissimo Sacramento presentem conjectis, tanta cum animi demissione, nos coram illo presentare, & ab eo necessitatum nostrum remedium efflagitate, quasi oculis corporis eum cernemus, ut cum illo loqui, & de salutis nostra negotiis tractare debemus, tanquam (sicut revera est) cum Deo vivo & vero, qui verè praesens nostra scrutatur corda, & audit desideria.

Credendum quoque & plurimum ponderandum est, illo Deo, cuius possessione beati laetantur in celo, nos quoque sub speciebus Sacramentibus velato frui, & gaudere in terris: ut alia non sit Ecclesia militantis, & triumphantis differentia, quam quod illam clara sui visione Deus beatificet; hanc verò, sub absconditis accidentium continuo, aduersus continuos inimicorum insultus, conforter, & in sudore vultus sui, strenue decertantem sancto pane reficiat.

Principue vero ardentissime fides isto modo inflammandam est, cum ad augustinissimum hoc Sacramentum suscipiendum, dignè cupimus accedere, & apta dispositione, ad uberem gratiae suffectionem nos preparat, ad quod à potissimum adjumento fuerit hæc intra nos cum fidei vivacitate verba reperire.

Quæst Deus iste, quem suscepturnus sum? certissime est IESUS Christus filius DEI vivi, qui sub ipsa speciebus panis, verè ac realissime praesens infinita sua beatitudine, & charitate erga me, in anima mea a vult comorari, qua convenienti admiratione dicta multam animæ utilitatem adferunt.

Recepio vero per hoc SS. Sacramentum, isto magno Deo, tempus convenientissimum est, experte et admodum fide, serventes offerre pro tanto beneficio gratiarum actiones, & nova ab eo fiducialissime petere, qui ita nos amat, ut ineffabilis sua misericordia ad nos venire, & seipsum animæ nostræ unire dignetur, neque enim sapientia Majestatis intra nos realissime præsentis effectus. & fructus non esse maximi, si digna dispositio omnem sustulerit divina gratia obicem.

Eph. 2. Cum n. Apost. fateatur esse abundantes divinitas gratie Dei, in bonitate super nos in Christo JESU, que communicata sunt sanctis Ecclesiæ Sacramentis, quam abundans deber ex hoc Sacramentorum omnium maximo percipi gratia thesaurus, de quo quia à plurimi multa conficta sunt, sufficient hæc à nobis breviter annotata.

Vetum, quia hoc Sacramentum simul est vescum & singulare Sacrificium, quod in missa offerunt novæ legis Sacerdotes; idcirco altissimo huic sacrificio afflentes, sublimibus fidei oculis intueri debemus Christum D. qui te pro nobis in ara crucis oblitus, eundem ad verba Sacerdotis punctualissime se sub speciebus panis, & vini, sustentem, semetipsum in missa offerre aeterno Patri sacrificium, & infiniti valoris hostiam,

tum ad æternum Patrem placandum, tum ad gratiam, ac peccatorum nostrorum remissionem obtinendas; nec non ad necessitatum, ac infirmatum nostrarum medelam, & ad animarum, quæ penitentibus purgatoriis, refrigerium.

Qui ergo huic S. Sacrificio, debito, quem fides postulat, modo interesse desiderat, ita seipsum reputet, ac si ad pedem crucis Christi genu flexus ibidem offerret Deo Patri corpus, sanguinem, viam, ac mortem, omnesque Mediatoris sui dolores, & passiones.

Sacerdos vero, seipsum tanquam principalem summi Pontificis JESU Christi ministram, eodem spiritu vestiat, & velut Medicator Dei & hominum (prout fides docet) in scillo Prophetæ explore conabitur. Inter vestibulum & altare plo- Totl. 2. rabunt Sacerdotes, ministri Domini: & dicent: Parce Domine, parce populo tuo.

Ad impetrandum ergo Dei misericordiam, & auxilium in necessitatibus, placitum, immo infinitum valeat istud virtutis immensæ sacrificium corporis ac sanguinis Domini, quod (ut in offertorio dicitur) pro nostra, & toto mundi salute offerte debemus, continua lachrymis, & gemibus, offendit iniquitatibus nostris Deum, populo suo reconciliantes.

Circa Sacra menta reliqua, & Sacramentalia.

§. 4.

**I**N reliquorum Sacramentorum administratio- ne, & dispensatione, effectus, quem unumquodque confert, sedula meditatione fidei exfuscatate poteris. Bapizans, recogita qualiter mediante hoc Sacramento, anima ista in Christo regeneretur; siveque de cætētis; ac universum, quod majori reverenti, ac præparatione, ad tantum Ministerium accedas, sic tu existimes, ut Dispensatorem mysteriorum Dei, & tacros sancti Sangui- nis ipsius, cuius virtus & efficacia S. Sacramentis à te admittitur continetur, & in alios derivatur.

Hac fide pollicens quidam Dei servos, multis annis magna cum rectitudine, & puritate Confessarii munere functus, dicere solebat, magnam se concipere fiduciam obtinendam à Deo misericordia, eò quod tringita amplius annis, haberet manus sacro JESU Christi sanguini immetatas, properiter videlicet continuum absolutionis, & dispensationis reliquorum Sacramentorum exercitium.

Præter Sacramenta instituit S. Ecclesia, potestate sibi à Christo tradita, remedia quædam, adversus quos diiana & venialia peccata; qualia sunt aqua benedicta, benedictio Episcopalis, oratio in templo consecrata, oratio Dominica, generalis peccatorum confessio, tuus pectoris, aliaque quæ à Theologis Sacramentalia vocantur: nec non alia quædam particularium necessitatum remedia, exorcismus ad dispellendos dæmones & tempestates, benedictiones item alia, Agnus Dei, panis, candelarium, domorum, ac navium, & specialiter usus S. Crucis, aliaturumque orationum, aur verborum sanctorum, quibus vel in Sacramentorum administratione, aut aliis occasionibus sancta utitur Ecclesia.

In istorum omnium usu, & exercitio, luce fidei, rerum istarum virtutem & efficaciam ex Christi Domini sanguine pronanantem confidate oportet, nam eo ipso, quo à S. Matre Ecclesia instituuntur, communicat iis Christus Dominus effigiem istorum, ad quos ordinantur virtutem, & efficaciam.

Thom. à Iesu Oper. Tom. II.

C:

CA.